



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

Quid praecipit primum praeceptum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

cem & certam formam doctrinae extare & tenere certos loquendi modos, qui nihil habent ambiguitatis, & sunt consentanei scripturae, sicut & Paulus praecepit Timotheo, ut conseruet ὑποτάσσῃ τῷ πῶσιπ̄ sanæ doctrinae, id est, certam formam. Nam dissimiles & ambigui modi loquendi pariunt multas (cum alius aliud intelligit) dissensiones. Sæpe etiam pariunt errores.

## DECALOGVS.

Quid præcipit primum præceptum?

**A**pte orditur lex ab agnitione Dei. Nam primum præceptum docet esse Deum, & requirere obedientiam, benefacere obedientibus, & punire inobedientes. Ac simul tradit modum quo Deus uult apprehendi, & cultum quo uult coli. Docet enim Deum esse uerbo & aliquo ipsius testimonio apprehendendum. Ideo sic ait, Ego sum Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, quasi dicat, Ecce hunc Deum agnosces & coles, qui tibi hoc uerbum proponit, & qui tibi proposuit testimonium de se, scilicet hoc ipsum opus, quòd eduxi populum ex Aegypto. Ita & nos debemus apprehendere Deum uerbo, quod nobis datum est, & testimonio, scilicet,



DE DECALOGO. 3

cet, quia exhibitus est nobis **Christus**. **Hunc Deum**, qui est pater **Domini nostri Iesu Christi**, agnoscere & colere debemus. **Cultus** uero sunt timor & fides & perfecta dilectio. **Est enim en-**  
**phasis in particula Deus Tuus**, id est, curans te. **Zelotes**, id est, qui non patitur alteri tribui glo-  
**riam Dei**, non patitur alios **Deos** confingi aut in-  
**uocari**. **Visitans iniquitatem etc.** hic requirit ti-  
**morem**. **Rursus** requirit fidem & dilectionem,  
cum ait, **Faciā misericordiam diligentibus me**,  
sicut & alibi declaratur hoc præceptum, **Dili-**  
**ges Dominum Deum tuum ex toto corde**. **Item**,  
**Dominū Deum tuum timebis**, & illi soli seruias.  
**Ita primum præceptum tradit & modum agno-**  
**scendi Dei**, & ueros cultus. **Suntq; ueri & primi Veri cultus**  
**cultus interiores**, timor, fides & dilectio. **Et quia tus.**  
magis intelligi possunt hi motus, timor & fides,  
ideo cum queritur quid præcipiat primum præ-  
ceptum, commodissimum est respondere, timo-  
rem **Dei** & fidem. **Quomodo autem fides pariat**  
**dilectionem**, aliās dicitur.

**Satisfaciunt ne homines  
huic præcepto?**

**L**ex **Dei** requirit perfectam obedientiam, per-  
fectum timorem, perfectā fiduciam **Dei**, per-  
fectam